I. 10; I. 16; I. 45; I. 55; I. 73; I. 74; II. 3; II. 16; II. 35; II. 58; II. 68; II. 71; II. 75; III. 10; III. 13; III. 18; III. 21; III. 23 (bis); III. 24; III. 34; III. 35; III. 64; III. 68 (ter); III. 70; IV. 3; IV. 6; IV. 7; IV. 15; IV. 34; IV. 50; IV. 55; IV. 65; IV. 67; IV. 83; V. 6; V. 9; V. 16; V. 36; V. 55. V. 72; V. 77 (bis); VI. 4; VI. 8; VI. 18 (bis); VI. 20 (bis); VI. 32; VI. 33; VI. 49; VI. 52; VI. 66; VI. 74; VI. 83; VII. 1; VII. 15 (bis); VII. 19; VII. 21; VII. 44; VII. 59 (bis); VII. 68; VIII. 3; VIII. 12; VIII. 17; VIII. 24; VIII. 39; VIII. 43; VIII. 51; VIII. 56; VIII. 63; VIII. 65; VIII. 70 (bis); VIII. 73; VIII. 77; VIII. 90; IX. 4; IX. 14; IX. 21; IX. 24; IX. 26; IX. 27; IX. 29; IX. 33; IX. 44; IX. 56; IX. 57; IX. 70; X. 12; X. 19; X. 30; X. 40 (bis); X. 49; X. 53; XI. 5; XI. 12; XI. 15; XI. 24; XI. 32; XI. 37; XI. 39 (bis); XI. 40; XI. 43; XII. 10; XII. 11; XIII. 5; XIII. 8; XIV. 6; XIV. 8; XV. 1; XV. 2; XV. 4; XIX. 14; XIX. 15; XX. 1; XX. 3; XX. 16.

b) in rhetoricis

de Lys. IV. 12, 24; VIII. 15, 16; XI. 19, 4; XVIII. 30, 5; XXV. 39, 5; 40, 18; XXVII. 41, 16; 44, 17
de Isocr. VIII. 65, 13
de Is. XVIII. 121, 8
de Dem. VI. 138, 11; XX. 171, 17; XXXV. 206, 5; 207, 15; XLIII. 227, 10; XLVIII. 234, 9; 234, 20; 235, 19; L. 236, 20; 238, 9; LI. 240, 5; 241, 20; LII. 243, 12; LVI. 249, 22
ad Amm. I. VIII. 266, 10
de Din. XI. 316, 15
de Thuc. XI. 341, 12; XV. 347, 18; 347, 20; XVII. 349, 21; XVIII. 352, 15; XIX. 353, 24; LIV. 414, 12
de comp. verb. II. 8, 9; III. 12, 6; IV. 21, 9; VII. 30, 18; XI. 43, 1; XII. 46, 8; XIV. 57, 7; XVIII. 79, 16; 79, 18; XIX. 86, 21; XX. 89, 17; 93, 15; XXII. 96, 12
ad Pomp. II. 231, 3; III. 233, 18; 235, 3.

Accedamus nunc ad optativi potentialis usum disserendum. Inveniuntur apud Dionysium

516 optativi potentiales,

qui — iis, qui in enuntiato condicionali exstant, additis — dimidiam fere partem omnium optativorum efficiunt, quam

---

Iam sequuntur loci, quibus ὥστε particula cum indicativo coniuncta exstat

a) in Antiquitatibus

I. 24; I. 25; I. 60; I. 78; I. 89; II. 11; II. 42; II. 67; II. 73; II. 76; III. 7; III. 10; III. 11 (bis); III. 19; III. 21; III. 24; III. 38; III. 53; III. 65; IV. 7; IV. 9; IV. 24; IV. 42; IV. 44; IV. 51; IV. 83; V. 7; V. 38; V. 60 (bis); VI. 40; VI. 51; VI. 59; VI. 62 (bis); VI. 64; VI. 77; VI. 78; VI. 81; VI. 83; VI. 86; VI. 96; VII. 13; VII. 28; VII. 34; VII. 37; VII. 44; VII. 45; VII. 48; VII. 64 (bis); VII. 65; VII. 70; VIII. 6; VIII. 11; VIII. 12; VIII. 15; VIII. 16; VIII. 17; VIII. 22; VIII. 26; VIII. 34; VIII. 35; VIII. 43; VIII. 58; VIII. 67; VIII. 68; VIII. 78; VIII. 79; IX. 3; IX. 15; IX. 16; IX. 21; IX. 26; IX. 30; IX. 43; IX. 45; IX. 47; IX. 48; IX. 50; IX. 52; IX. 53; IX. 56; X. 8; X. 11; X. 24; X. 38; X. 41; X. 50; X. 60; XI. 2; XI. 16; XI. 38; XI. 41; XI. 54; XI. 61; XIII. 9; XV. 3 (ter); XV. 8; XIX. 15.

b) in rhetoricis

de Isocr. V. 62, 3

de Dem. VI. 139, 12; X. 149, 6; XXIV. 181, 14; XXXVI. 208, 16.

de comp. verb. XI. 40, 12; XVIII. 75, 6; XIX. 85, 14; XXII. 101, 18; XXV. 132, 1.

I. 89, ubi codices praebent: *ἅπαν τὸ Ἑλληνικὸν ἀπέμαθον, ὡς μήτε φωνὴν Ἑλλάδα φθέγγεσθαι μήτε ἐπιτηδεύμασιν Ἑλλήνων χρῆσθαι μήτε θεοὺς τοὺς αὐτοὺς νομίζειν* . . . Foerster, quod hic est locus unicus, quo ὡς particula cum infinitivo est constructa, ὡς, quod propter sequens μήτε facillime corrumpi potuerit, in ὥστε corrigendum censuit.

Si qualis fuerit enuntiati consecutivi usus apud Diodorum spectamus, videmus non multum afuisse, quin is enuntiata consecutiva ad unam fere constructionem revocaret, nam usurpavit ὥστε particulam cum infinitivo coniunctam, qui usus fuit scriptorum dialecti κοινῆς, quam vocant, 342[es], Dionysius 174[es], cum indicativo 25[es], Dionysius 113[es]. Quod igitur apud hunc duo constructionis genera inter se numero non multum differunt, statuendum est nostrum auctorem usum eorum, qui paulo ante fuerunt, relinquentem sermonem veterum scriptorum esse secutum, id quod in Antiquitatibus magis fecit quam in rhetoricis, quam rem haec tabula docet:

	ὥστε c. inf.	ὥστε c. ind.
in A.	125	103
in rh.	49	10
	174	113

rationem etiam apud Diodorum spectamus, qui inter 254 optativos habet 124 potentiales.

Si Dionysii Antiquitates et rhetorica separatim contemplamur, plane aliam rationem habemus, quam facile ex hac tabula cognosces:

Legimus in A.	290	potentiales inter		894	optativos	(1 : 3)
in rh.	278	=	=	398	=	(1 : 1,4)
	568	=	=	1292	=	1 : 2,3.

In rhetoricis optativos potentiales longe praevalere ea re explicem, quod horum ipsorum sermo saepius occasionem optativi potentialis usurpandi dedit quam historicorum.

Idem apud Philodemum observamus, nam exstant

206 potentiales[1])

inter 326 optativos (1 : 1,6).

Inter optativos potentiales apud Dionysium maxime in rhetoricis formulae quaedam loquendi inveniuntur. Ita persaepe legis optativum ἔχειν verbi cum infinitivo coniunctum veluti

in Antiquitatibus 20es:

I. 3; I. 53; I. 54; II. 21; III. 10 (bis); IV. 24; IV. 32; IV. 34; VI. 49; VI. 59; VI. 86 (bis); VII. 52; VIII. 24; VIII. 30 (bis); VIII. 35; X. 38; XI. 8; XIV. 6

---

[1])

	opt. pot.	opt.
in rhet.	129	203
de mus.	12	23
de poem.	8	14
de vita et mor.	6	13
de morte	6	12
de oec.	10	11
de deor. viv. rat.	8	11
de piet.	7	10
de ira	9	10
de vit.	5	6
de eo qu. bon.	0	5
de indic.	4	4
de philos.	1	1
de adul.	1	1
de grat.	0	0
epigr.	0	2

in rhetoricis 28[es]:

de Lys. III. 12, 8; XII. 22, 1 (= tab. crit. or. Att. 285, 6)
de Isocr. XX. 92, 2
de Is. IV. 113, 17
de Dem. XX. 170, 17; 172, 3: XXV. 184, 4; XXXVI. 209, 2; L. 237, 21; LIV. 247, 12; LVI. 249, 3
ad Amm. I. X. 268, 21
de Din. V. 304, 8; VII. 307, 13
de Thuc. VIII. 335, 9; XI. 341, 10; XXVII. 371, 10
de comp. verb. III. 14, 9; IV. 17, 17; X. 37, 1; XVIII. 77, 11 (= epit. 173, 21); XVIII. 80, 17; XX. 89, 2; 93, 20; XXI. 96, 8
ad Pomp. I. 226, 3.

Etiam paulo frequentior est usus εἶναι verbi, quod a Dionysio 54[es] in diversis formulis usurpatur, quarum hae maxime leguntur:

πολὺ ἂν ἔργον εἴη et
πολὺς ἂν εἴη λόγος.

Non multo minus frequens est usus verborum: γίγνεσθαι, εὑρίσκειν, λέγειν, δύνασθαι.

λέγειν maxime in enuntiato relativo in his formulis legitur:

ὥσπερ (ὡς) ἂν ἡμεῖς εἴποιμεν (quater)
ὥσπερ (ὡς) ἄν τις εἴποι (ter)
ὡς δ' ἂν εἴποιεν (semel).

In rhetoricis sunt praeterea hae formulae dignae, quae adnotentur:

εὕροι τις ἂν vel alio verborum ordine:

de Lys. III. 10, 9; VIII. 16, 15
de Is. XII. 108, 2; XIII. 111, 7
de Dem. XXIX. 192, 7; XLIII. 227, 13; L. 237, 7
de Din. VII. 307, 9; XI. 316, 2; 316, 19
de Thuc. XVI. 348, 18; XXIV. 362, 13; 362, 22
ad Amm. I. XVII. 437, 20
de comp. verb. XVIII. 79, 22; XXII. 106, 14; XXIII. 119, 20
epit. XXI. 183, 21
de im. IX. 215, 16
ad Pom. V. 243, 14

τίς οὐκ ἂν ὁμολογήσειε(ν):

de Is. XI. 106, 5
de Dem. XXI. 175, 20; XLI. 220, 18

de comp. verb. IX. 33, 13; XVIII. 74, 9; XXV. 123, 2 (= epit. 189, 22)

epit. IX. 154, 6; 157, 6.

Quae verba Dionysius in formis optativi potentialis usurpandis maxime amaverit, haec tabula docebit:

	Praesens			Aorist.			Summa
	act.	med.	pass.	act.	med.	pass.	
εἶναι	53	—	—	—	—	—	53
ἔχειν	50	—	—	—	—	—	50
γίγνεσθαι	—	—	—	—	40	—	40
εὑρίσκειν	—	—	—	34	1	3	38
λέγειν	3	—	6	25	—	—	34
δύνασθαι	—	20	—	—	—	3	23
φάναι	12	—	—	6	—	—	18
ἀξιοῦν	—	—	—	16	—	—	16
δοκεῖν	—	—	—	15	—	—	15
ὁμολογεῖν	—	—	—	13	—	—	13
διαγιγνώσκειν	—	—	1	10	—	—	11
θαυμάζειν	—	—	—	9	—	—	9
ὑπομένειν	—	—	—	8	—	—	8
ποιεῖν	1	—	—	1	5	—	7
φαίνειν	—	2	—	—	—	5	7
ἁμαρτάνειν	3	—	—	2	—	—	5
βούλεσθαι	—	5	—	—	—	—	5
τεκμαίρεσθαι	—	—	—	—	5	—	5
εἰκάζειν	—	—	—	5	—	—	5

Omnibus notum est optativum potentialem, nisi ἂν particula adiecta sit, apud scriptores Atticos non tolerari. Etiamsi apud scriptores linguae hellenisticae et scriptores, qui „Ἀττικισταί“ vocantur, optativum absolutum etiam potentialem notionem habere posse viri docti, velut W. Schmidius, demonstrare conati sunt, tamen puto ἂν particulam, ubi in libris Dionysii optativo potentiali addita non sit, semper incuria librariorum omissam esse, praesertim cum ἄν inter illas particulas sit, quae in codicibus persaepe omittuntur. Huc accedit quod multis locis ἂν particula e palaeographicis causis facile excidere potuit.

Iam examinemus singulos locos, qui sunt:

in Antiquitatibus

III. 11; IV. 9; VI. 53; VII. 31; IX. 29; IX. 51; XI. 14; XI. 15; XI. 17; XI. 25.

in rhetoricis

de Lys. XVIII. 30, 17

de Dem. XLV. 231, 19; LI. 241, 13[1])

de Thuc. LI. 410, 12

ad Pomp. V. 242, 14.

His quindecim locis ἂν particula carentibus ex adverso ponimus 553 optativos potentiales, quibus est adiecta. Numerus igitur illorum est minor, quam ut regula statui possit.

Primo loco III. 11: ἐξ ὁποτέρας δ' ἂν πόλεως οἱ κρατήσαντες τῶν ἀντιπάλων γένωνται, ταύτῃ συγχωρήσαιμεν ⟨ἂν⟩ ἄρχειν τῆς ἑτέρας, particula post συγχωρήσαιμεν facile excidere potuit.

VI. 53, IX. 29, XI. 14, XI. 15, ad Pomp. V. 242, 14, ubi legimus:

ὑπὲρ τίνος ⟨ἂν⟩ ἀξιώσειε κινδυνεύειν
δόξαιμι γὰρ ⟨ἂν⟩ σὺν δίκῃ πάσχειν
βουλοίμην ⟨ἂν⟩ οὕτως τἀληθὲς εἶναι
οὐκέτι γὰρ ⟨ἂν⟩ αὐτὸν ὀρθοῖς ὄμμασι δυναίμην ὁρᾶν
Φίλιστος δὲ Θουκυδίδῃ μᾶλλον δόξειεν ⟨ἂν⟩ ἐοικέναι,

ἂν particulam optimo iure additam esse puto, nam optativis verborum auxiliarium, velut: δύνασθαι, ἀξιοῦν, δοκεῖν, βούλεσθαι, si Dionysius utitur, non absolute usurpare solet, sed ἂν particulam adicere.

IX. 51, IV. 9, de Lys. XVIII. 30, 7, de Thuc. LI. 410, 12, ubi legis:

ὃ πάντες ὁμολογήσειαν ⟨ἂν⟩ ἰσχυρὸν
οὐδὲν γὰρ ⟨ἂν⟩ τοσοῦτον ἀπολαύσειαν ἐκ
κράτιστα γὰρ ⟨ἂν⟩ ἀποδείξαιτο ταύτην τὴν ἰδέαν
οὐδὲν γὰρ ⟨ἂν⟩ ἀναγκαιότερον γένοιτο,

quis est, qui dubitare possit, quin ἂν particula facillime addatur?

Si interrogationum directarum apud Dionysium usum spectamus, locis VII. 31 et XI. 17 Antiquitatum exceptis semper particulam ἂν esse adiectam videmus. Itaque cum Sylburgio facies, qui VII. 31, ubi in libris est: ἀρ' οὐκ ἀγανακτήσαιτε; ἂν post οὐκ inserendum esse censuit eadem ratione qua Casaubonus altero loco XI. 17:

πῶς γὰρ ⟨ἂν⟩ ἀληθῶς γένοιτο.

Ad XI. 25, ubi in libris est: καὶ πῶς ἐπανορθωθείη τὰ . . ἁμαρτήματα λέγειν παρεκάλουν, inspicias, quo modo apud Dio-

---

[1]) Cf. p. 42 not. 2.

nysium interrogationes indirectae, quas supra exscripsi, introducantur. πῶς ἂν exstat ter decies hisce locis:

in Antiquitatibus

I. 74; IV. 56; V. 30; VI. 56; VIII. 5; VI. 19

in rhetoricis

de Dem. XXXVI. 208, 9; L. 236, 17
de Thuc. XL. 393, 13
de comp. verb. VI. 27, 22; 29, 6; 29, 16; XI. 43, 12.

Quae exempla postulant, ut illo quoque loco ἂν post πῶς addatur.

Ultimo loco de Dem. XLV. 231, 19, ubi in libris est: πολὺ γὰρ ἡ σύνταξις τὸ μῆκος λάβοι, quin ἂν particula post γὰρ addenda sit, in dubium vocari vix potest, si quis locos, quos supra tractavimus, contemplatur. Post γὰρ particula ἂν persaepe excidere solet, id quod his exemplis satis confirmatur:

IV. 9: οὐδὲν γὰρ ⟨ἂν⟩ — IX. 29: δόξαιμι γὰρ ⟨ἂν⟩ — XI. 15: οὐκέτι γὰρ ⟨ἂν⟩ — XI. 17: πῶς γὰρ ⟨ἂν⟩.
de Lys. XVIII. 30, 17 κράτιστα γὰρ ⟨ἂν⟩
de Thuc. LI. 410, 12 οὐδὲν γὰρ ⟨ἂν⟩.

Quibus exceptis apud Dionysium triginta locis omnium codicum consensu ἂν post γὰρ legitur. Sunt hi:

I. 58; I. 89; III. 9; III. 10; III. 17; IV. 9; VI. 9; VI. 37; VI. 49; VI. 54; VI. 82; VI. 86; VII. 17; VIII. 35; VIII. 75; IX. 29; XI. 5;
de ant. or. IV. 7, 4
de Lys. III. 10, 9
de Is. XII. 108, 2; XIII. 111, 7
de Dem. XXIX. 192, 7; XXXV. 207, 8; L. 237, 7; 238, 10; 238, 16
de im. IX. 215, 6
de comp. verb. XXI. 96, 9; XXV. 125, 6
ad Pomp. III. 240, 17.

Omnes scimus Graecis, et praecipue Atheniensibus, modestiam tam gratam fuisse, ut etiam de rebus omni modo certis optativum cum ἂν coniunctum usurpare mallent quam indicativum, qua forma loquendi aliquid per causarum quandam cohaerentiam fieri posse exprimitur vel iudicium modestius profertur de rebus praesentibus ac futuris. Quem usum non

modo apud optimae aetatis scriptores fuisse, sed etiam apud Dionysium ex multis locis, quos supra exscripsi, facile cognoscitur.

Dionysium, quem in optativo potentiali usurpando veterum scriptorum dicendi rationem secutum esse vidimus, optativum cum ἄν coniunctum in enuntiato consecutivo ter, in causali semel adhibuisse mirum non est spectanti iam apud scriptores Atticos in his enuntiatis optativum rarissime legi. Qua quidem ratione Dionysii et Diodori usus congruit, sed alio modo ita inter se differunt, ut Dionysius in interrogationibus indirectis, in sententiis ex ὡς et ὅτι pendentibus, in enuntiato relativo optativum potentialem multo magis amet, quam Diodorus.

Restat ut unum afferam. Optativi potentiales cum per multas paginas omnino non inveniantur, una interdum pagina maxime in orationibus Antiquitatum cumulantur. Tales loci sunt praeter alios: III. 11 Mettii Fufettii Albani oratio, quam ad Isocratei Panegyrici exemplum composuisse Dionysium demonstravit Maetzkius[1]), ubi sunt in uno capite sex optativi potentiales, VI. 56, VII. 36, VII. 52, X. 11, ubi quinos optativos potentiales legimus.

Si, priusquam huius partis disputationis finem faciamus, quid de optativi potentialis apud Dionysium usu iudicemus, paucis complectimur, tenendum est eum suum dicendi genus plane ad eorum, quos imitabatur, sermonem conformasse.

§ 2. De optativo obliquo.

a) I n e n u n t i a t o p e n d e n t e e x ὡς et ὅτι c o n i u n c t i o n i b u s post verba sentiendi et dicendi exstat optativus obliquus

α) in Antiquitatibus

αα) praesentis

post ὡς:

IV. 67: . . γενέσθαι φωνήν, ὡς . . κρεῖττον εἴη τεθνάναι — XI. 22: εἰσῆλθεν . . λογισμὸς ὀρθός, ὡς κρεῖττον εἴη — V. 16: λογισμὸς εἰσῄει πολλοῖς, ὡς ἄμεινον εἴη — VI. 27: λέγειν ἐτόλμων, ὡς ἄμεινον εἴη — VI. 70: διδάξας, ὡς οὐκ ἄμεινον εἴη — I. 46:

[1]) Carolus Maetzke: De Dionysio Halicarnassensi Isocratis imitatore, Vratisl. 1906, p. 32.

λογισμὸν δὲ λαμβάνων, ὡς ἀμήχανον εἴη — XI. 26: συμφρονήσαντες, ὡς ἄμαχον εἴη χρῆμα — III. 39: ἀπελογοῦντο . ., ὡς οὐ τὸ κοινὸν αἴτιον εἴη — VII. 15: . . ἀπολογεῖσθαι μέν, ὡς οὐδὲν εἴη . . αἴτιον — VIII. 71: διδάσκοντες . ., ὡς οὐκ εἴη δίκαιον — X. 40: ἐδίδασκον αὐτούς, ὡς κωλυτέος εἴη . . ὁ νόμος — VIII. 17: ὑμνοῦντες διετέλουν, ὡς εἴη . . δεινότατος — I. 39: ὡς δεινὰ πάσχοι ὑπὸ τοῦ ξένου . . ἐπιβοῶντος — I. 84: καταβοᾶν, ὡς δεινὰ πάσχοι — VI. 43: ὡς οὐ δίκαια πάσχοι . . ὀνειδίσας — I. 55: ἀνεθορύβησαν, ὡς τὰ πρῶτα τοῦ μαντεύματος ἤδη σφίσι τέλος ἔχοι — IV. 46: ἐδίδασκεν, ὡς οὐδὲ τὴν βασιλείαν εἶχε . . τοὺς μὲν ἀποκτείνοι . . τοὺς δ' ἐξελαύνοι τῆς πατρίδος, τῶν δὲ περικόπτοι τῆς οὐσίας, ἁπάντων δ' . . τὴν ἐλευθερίαν ἀφαιροῖτο,

post ὅτι:

VIII. 91: ἀποκρινάμενοι, ὅτι οὐκ ἐξ αὐτῶν εἴησαν — X. 9: ἐτόλμων δέ τινες λέγειν, ὅτι . . ὁ ἀνὴρ εἴη κρυπτόμενος καὶ μέλλοι καταλαμβάνεσθαι — II. 39: δηλώσοντα, ὅτι μέλλοι . . αἰτεῖν ὅπλα — VIII. 36: πεπυσμένος, ὅτι μέλλοι τις . . ἀφικέσθαι — VIII. 66: πεπυσμένοι . ., ὅτι δύναμις . . μέλλοι ἥξειν — III. 3: ὑποπτεύσας . ., ὅτι δίκας αἰτήσοντες ἥκοιεν. — συνθῆκαι ἦσαν (scil. ὅτι aut ὡς) ἡ ἐγκαλοῦσα . . δίκας αἰτοίη . ., ἐπιφέροι πόλεμον — III. 48: ἐδήλωσεν . ., ὅτι κατοικεῖν . . βουλόμενος παρείη.

ββ) aoristi

post ὡς:

I. 36: λόγος . . μυθολογούμενος, ὡς . . ὁ Κρόνος . . δυναστεύσειε, καὶ . . ἐπ' ἐκείνου βίος δαψιλὴς . . γένοιτο — I. 40: λέγεται δὲ πρὸς τούτοις, ὡς καὶ δέησίν τινα ποιήσαιτο καὶ ὡς διδάξειεν αὐτοὺς — VIII. 78: παρείχοντο πίστεις, ὡς χρήματά τε συνενέγκαιεν αὐτῷ . . Ἕρνικες καὶ ὅπλα παρασκευάσαιντο καὶ συμπορεύοιντο — XI. 27: διέσπειραν λόγον, ὡς . . πολεμίων λόχος τόν τε Σίκκιον ἀποκτείνειε . ., αὐτοί τε . . ἀποφύγοιεν — VII. 14: διεξῄεσαν . ., ὡς γένοιθ' ἡ περὶ τὸν σῖτον ἀπορία — XI. 36: μήνυσις ἐγένετό μοι περὶ τῆς παιδός, ὡς ὑποβάλοιτο — I. 76: παρεσκεύασε λέγεσθαι . . ὡς ὑπὸ λῃστῶν ἀναιρεθείη τὸ μειράκιον,

post ὅτι:

X. 34: διδάσκοντες, ὅτι τῆς ὕβρεως οἱ δήμαρχοι ἄρξειαν — XI. 58: διδάσκων, ὅτι τοὺς μὲν φίλους παραλάβοιεν — I. 81: εἰπόντος . ., ὅτι σὺν ἀδελφῷ . . ἐκτεθείη . . καὶ πρὸς τῶν νομέων ἀναιρεθεὶς ἐκτραφείη — V. 50: ἔλεξεν, ὅτι πεμφθείη μὲν . . πρεσβευτής.

γγ) perfecti

post ὡς:

VII. 17: ἐδίδασκεν, ὡς κεκωλυμένος ὑπ' αὐτῶν εἴη — X. 32: ἐδίδασκεν, ὡς οὐδὲν εἴη πεποιηκώς,

post ὅτι:

I. 40: ἀκηκοὼς . . ὅτι πεπρωμένον εἴη.

β) in rhetoricis

de Is. XI. 106, 12: ὃ μέν γε ἀρχῇ κέχρηται, ὅτι νέος τε καὶ ἄπειρος εἴη.

Contra hos quinquaginta optativos obliquos in sententia pendente ex ὡς et ὅτι coniunctionibus in Antiquitatibus usurpatos — in rhetoricis unum exemplum invenis — exstant ducenti octoginta quinque loci, quibus Dionysius indicativum praetulit, quorum numerorum differentia quidem permagna, sed tamen non tanta est, quanta apud Diodorum.

Inspicias quaeso hanc tabulam:

Apud Dionysium

optativus obliquus exstat

in A.	50es
" rh.	1
	51es

indicativus est servatus

in A.	252es
" rh.	33es
	285es.

Optativus obl.: indicativus = 1 : 5,7,
apud Diodorum " " = 1 : 19,6.

Atticos scriptores post tempora praeterita in apodosi, quam vocant, optativum maluisse quam indicativum omnes scimus. Dionysius, etiamsi ea ratione Diodorum longe superat, tamen ut usui veterum scriptorum appropinquaret, multum afuit.

Optativum obliquum legis:

post ὅτι in A.	15es
" rh.	1
	16es

post ὡς in A.	35es
" rh.	—
	35es.

Indicativus legitur:

post ὅτι	in A.	225 es
=	rh.	26 es
		251 es
post ὡς	in A.	27 es
=	rh.	7 es
		34 es.

Quibus ex numeris facile cognosces Dionysium post ὅτι indicativum servare solitum esse, post ὡς inter optativum et indicativum fluctuasse.

Iam sequuntur ii loci, quibus Dionysius indicativum optativo praetulit

in Antiquitatibus

I. 64; I. 74 (bis); I. 77; I. 79; I. 81; I. 89; II. 3 (bis); II. 13 (bis); II. 21 (bis); II. 24 (ter); II. 28; II. 36; II. 58; II. 59; II. 60; II. 62; II. 69; II. 72 (quater); II. 75; II. 76; III. 3; III. 12; III. 13; III. 14; III. 17; III. 18; III. 23 (bis); III. 25; III. 28; III. 32; III. 36; III. 39; III. 47; III. 48; III. 51; III. 60; III. 69; III. 72 (bis); IV. 2; IV. 4 (ter); IV. 10 (bis); IV. 19; IV. 23 (bis); IV. 37; IV. 40; IV. 42; IV. 45; IV. 46; IV. 51; IV. 52; IV. 55 (bis); IV. 56 (bis); IV. 60; IV. 62; IV. 64; IV. 69; IV. 70; IV. 85; V. 4 (ter); V. 5 (bis); V. 48; V. 51 (bis); V. 54; V. 55; V. 56 (bis); V. 62; V. 64; V. 65 (bis); V. 66 (bis); V. 67 (bis); V. 70; V. 76; V. 77 (bis); VI. 2; VI. 5; VI. 17; VI. 18; VI. 23; VI. 30; VI. 44; VI. 47; VI. 58; VI. 65; VI. 83; VI. 92; VII. 1; VII. 6 (bis); VII. 13; VII. 15; VII. 23; VII. 27; VII. 33; VII. 34; VII. 35; VII. 38 (bis); VII. 47; VII. 48; VII. 49; VII. 54; VII. 58; VII. 60; VII. 66 (bis); VII. 68 (ter); VIII. 1 (bis); VIII. 2; VIII. 6; VIII. 37; VIII. 44; VIII. 52; VIII. 55; VIII. 58; VIII. 64; VIII. 69; VIII. 71; VIII. 73 (bis); VIII. 86; VIII. 89; IX. 1; IX. 4; IX. 12; IX. 14; IX. 17; IX. 18; IX. 20; IX. 21; IX. 22; IX. 26; IX. 37; IX. 43 (bis); IX. 44 (bis); IX. 47; IX. 48 (bis); IX. 52; IX. 54; IX. 57; IX. 63; IX. 69; X. 1; X. 2 (bis); X. 4; X. 6; X. 15; X. 17; X. 18 (bis); X. 20; X. 23; X. 24; X. 30 (ter); X. 32; X. 33; X. 35; X. 36; X. 41 (bis); X. 43 (bis); X. 47 (bis); X. 49; X. 51; X. 55; X. 58; X. 60; XI. 4 (bis); XI. 5; XI. 7; XI. 20; XI. 25; XI. 27; XI. 34; XI. 35 (bis); XI. 38; XI. 39; XI. 40; XI. 42; XI. 43 (bis);

XI. 52; XI. 63; XII. 1; XII. 2 (bis); XII. 6 (bis); XII. 11; XII. 14; XIII. 3; XIII. 5; XIV. 2; XIV. 11; XIV. 12; XV. 4; XVII. 2; XIX. 9; XX. 3 (bis); XX. 5; XX. 6; XX. 13.

in rhetoricis

de Lys. XII. 20, 22
de Isocr. VIII. 66, 11; IX. 69, 5; XI. 70, 19
de Is. XV. 113, 8; XIX. 121, 18
de Dem. XVI. 162, 3; XXIII. 178, 13; XXXIII. 202, 13; XLIV. 228, 9; XLV. 229, 18; XLVII. 232, 7; XLVIII. 234, 13; 234, 15
ad Amm. I. I. 257, 5; 257, 8; VII. 266, 2; XII. 279, 3
de Thuc. II. 327, 5; IX. 336, 15; X. 338, 12; 340, 3; XVIII. 352, 15; XIX. 354, 3; XXXVI. 386, 20; 387, 15; XXXIX. 391, 15; XLIV. 400, 13; XLV. 400, 23; XLVII. 403, 8; L. 410, 1
de comp. verb. IV. 19, 17
ad Pomp. III. 237, 2.

b) In interrogationibus indirectis optativum obliquum pro indicativo legimus hisce locis

α) in Antiquitatibus

αα) praesentis

I. 81: ἤρετο τίς εἴη καὶ τίνων — III. 23: ἐσκόπει . . τίνα χρηστέον εἴη . . τρόπον — VI. 26: τίνες εἶεν δυνάμεις . . σκοπούσης — IV. 65: πυνθανομένης ὅστις εἴη — XV. 1: προκαλουμένου . . ὅςτις εἴη ἀνήρ — VI. 15: προθεῖναι βουλήν, εἴτ' . . ἄμεινον εἴη — VI. 29: ἠρώτων, εἰ . . ἄξιον εἴη σφίσι πολεμεῖν — VIII. 50: μὴ διακρίνειν εἴ τε φίλιον εἴη — III. 16: ἐξητακέναι πρῶτον εἰ βουλομένοις εἴη — XIII. 3: εἰ βούλοιτο μετελθεῖν . . ἤρετο — V. 52: ῥηθέντων . . εἰ δέοι αὐτὸν ἐπικυρῶσαι — V. 41: ὅπου δ'αὐταῖς καὶ ὁπότε μέλλοι χρῆσθαι, οὐκ ἔφασαν εἰδέναι — XIX. 3: πυνθανομένῳ ὅπου πεπρωμένον αὐτῷ εἴη — II. 72: περὶ ὧν ἥκοι διελέγετο.

ββ) futuri

I. 41: μηχανώμενος, ὡς ἅπασι γῆ . . κοινὴ . . γενήσοιτο — VII. 67: δηλώσας, ὅποι τὴν ἀπαλλαγὴν ποιήσοιτο — XI. 35: ἀνεκλαίοντο . ., εἰς οἵας ὕβρεις ἐλεύσοιτο.

γγ) aoristi

I. 86: ἤρετο . . οὕς τινας οἰωνοὺς ἴδοι πρότερος — VIII. 44: κελεύσας μαθεῖν, . . ἐπὶ τί παραγένοιντο.

δδ) perfecti

I. 35: ἐρόμενον, . . εἴ πη τις αὐτὸν ἑωρακὼς εἴη.

β) in rhetoricis

αα) praesentis

de comp. verb. IV. 23, 3: ἐσκόπουν . ., εἴ τινα δυναίμην εὑρεῖν.

ββ) aoristi

de Din. II. 300, 14: εἴ τις αὐτῷ γένοιτο . . κάθοδος περιμένων. de comp. verb. XXV. 126, 8: εἴρηται . . περὶ τῆς εὐρυθμίας ἐξ ὧν τις τοιαύτη γένοιτο.

Quae fuerit in interrogationibus indirectis ratio inter optativum et indicativum, mox intelleges. Habemus enim:

optativum obliquum
in A. 20[es]
" rh. 3[es]
23[es]

indicativum
in A. 104[es]
" rh. 24[es]
128[es],

optativus obliquus: indicativus = 1 : 5, 56
apud Diodorum = 1 : 5, 8.

Dionysium sicut Diodorum in interrogationum indirectarum usu sermoni suae aetatis vulgari appropinquasse videmus.

Iam afferantur ii loci, quibus Dionysius optativum usurpare potuit, sed indicativum praetulit

in Antiquitatibus

I. 40; I. 58; I. 65; I. 75; I. 82 (bis); I. 89; II. 3 (bis); II. 5; II, 27; II. 48; II. 57; II. 59; II. 61; III. 3; III. 7 (bis); III. 9; III. 16; III. 26; III. 47; III. 48; III. 60; III. 67; III. 69; III. 71; III. 73; IV. 13; IV. 23 (ter); IV. 24; IV. 29; IV. 37; IV. 39 (bis); IV. 40; IV. 42: IV. 49; IV. 57; IV. 59 (bis); IV. 66 (bis); IV. 67; IV. 69 (bis); IV. 70 (bis); IV. 71 (bis); IV. 73; IV. 84;

V. 7; V. 8 (bis); V. 29; V. 30; V. 49; V. 55; V. 63; V. 74; VI. 4 (bis); VI. 47; VI. 48; VI. 58; VI. 70; VII. 1; VII. 14; VII. 16; VII. 21; VII. 35; VII. 62 (ter); VII. 65; VII. 68; VIII. 44; VIII. 75; VIII. 89; IX. 5; IX. 6; IX. 38; IX. 54; X. 12; X. 15; X. 17; X. 36; X. 42 (bis); XI. 3; XI. 28; XI. 37; XI. 42; XI. 62; XII. 10; XIII. 3; XIII. 7; XIII. 9; XIV. 6; XIX. 10.

in rhetoricis

de Isocr. V. 61, 22; 61, 23; 62, 4; 62, 5; IX. 69, 1; 69, 3; 69, 4
de Dem. IV. 135, 2; XIII. 156, 14; XXII. 177, 2; XXXIII. 202, 14; XLVII. 232, 1; 232, 13; XLVIII. 234, 15
ad Amm. I. XI. 273, 1; XII. 278, 12; 278, 14
de Thuc. I. 325, 6; XXXIV. 381, 10
ad Amm. II. I. 421, 7
de comp. verb. IX. 22, 2
ad Pomp. III. 232, 5.

Pro coniunctivo dubitativo in interrogationibus indirectis adhibuit Dionysius optativum in rhetoricis omnino non,

in Antiquitatibus 9^es:

I. 80: ἀμηχανοῦντες ὅ τι δράσειαν — I. 86: ἐν ἀπόρῳ γίνεται ὅ τι ἀποκρίναιτο — II. 44: εἰς πολλὴν ἀπορίαν ἐνέπιπτον ὅ τι χρήσαιντο — VII. 64: οὔθ' . . εἶχεν, ὅ τι ἀπολογήσαιτο — III. 40: ἀποροῦντες ὅποι τράποιντο — VII. 27: διαποροῦντες εἴτ' ἀπολογητέον αὐτοῖς εἴη — X. 17: ἠπόρει . . οἵ τινες εἶεν καὶ τίνος δεόμενοι ἥκοιεν — XV. 1: οὔθ' ὅπως τὸν ἄνδρα ἀμύνοιτο δυνάμενον συμβαλεῖν, οὔθ' ὡς τὸν κόρακα φυλάττοιτο.

His octo locis, quibus in interrogationibus, quae vocantur, dubitativis optativus est usurpatus, obstant quattuordecim loci iique: III. 22, VIII. 43, VIII. 87, X. 54, ubi pro optativo coniunctivus dubitativus,

I. 39, I. 67, I. 72, II. 18, III. 22, IV. 19, VI. 50, VI. 57, XI. 39, de Isocr. I. 56, 9, ubi indicativus futuri in apodosi exstat.

Est igitur statuendum Dionysium in interrogationibus dubitativis sermoni veterum scriptorum iam magis appropinquasse quam in interrogationibus indirectis, nam in his erat ratio optativorum ad eos locos, quibus optativum vitavit, 1 : 5,56, in illis autem 1 : 1,55. Eandem fere rationem praebet Diodorus (1 : 1,8).

c) In enuntiato temporali

legis optativum obliquum loco coniunctivi vel cum ἂν coniuncti in Antiquitatibus 7es:

III. 35: φυλάττειν ὅτε καιρὸς ἐπιτήδειος φανείη — XII. 6: ἔμελλον . ., ὁπότε μάθοιεν ἐπὶ . . βοήθειαν ὡρμηκότας ἅπαντας . ., παρακαλεῖν — XI. 36: . . ἡγησάμην τούτῳ τὴν ἐξουσίαν καταλιπεῖν, ὁπότε γένοιτο ἀνήρ — VI. 26: μηδένα ἐξεῖναι . . ἄγειν, ἕως ἡ βουλὴ περὶ αὐτῶν διαγνοίη — VII. 27: κατέχοντες . . τὸν δῆμον, ἕως ἡ βουλὴ διαλυθείη — I. 42: ἐπεὶ δὲ προθύμως τοὺς πολέμους συνδιενέγκαιεν, . . κατοικίζειν — XIV. 8: ὥσθ' . . θᾶττον δὲ ἀφίστασθαι τῶν πόνων ἢ κελευσθεῖεν ὑπὸ τῶν ἡγεμόνων.

Si parvum numerum optativorum obliquorum in enuntiato temporali apud Dionysium spectamus, eum contra Diodorum nihil fere progressum esse statuamus necesse est.

d) In enuntiato finali

exstat optativus pro coniunctivo post ἵνα 66es:

α) in Antiquitatibus

αα) praesentis

I. 38: ἵνα δὲ μηδὲν εἴη τοῖς ἀνθρώποις ἐνθύμιον, . . διδάξαι — III. 1: ἵνα δὲ μηδὲ οἰκίας ἄμοιρος εἴη τις, προσετείχισε — XIX. 12: ἵνα μὴ διάσημος εἴη . ., ἐκέλευσεν — XX. 1: παρενέβαλον τάγμασιν, ἵνα μηδὲν αὐτοῖς ἀσθενὲς εἴη — V. 9: μετατίθεται κάτω, ἵν' ἐξείη . . βάλλειν — VIII. 87: ἐξεληλάσθαι τῆς πόλεως, ἵνα μηδενὸς εἶεν ἔτι κύριοι — III. 38: κατασκάψας, ἵνα μηδὲν αὖθις ὁρμητήριον ἔχοιεν . . μηδ' ἐργάζοιντο τὴν γῆν — IV. 69: συνέπεμψε . ., ἵνα περιυβρίζειν ἔχοιεν — V. 56: ἀναγκαίαν . . ὁρῶν μάθησιν, ἵνα παραδείγμασι ἔχοιεν χρῆσθαι — VI. 30: ἵνα δι' εὐλαβείας ἔχοιεν . ., ᾐκίσατο — VII. 8: εἰ τὰ ὅπλα . . καθιερώσειαν, ἵνα . . ἔχοιεν αὐτοῖς χρῆσθαι — VI. 42: ἀπέλυσε . ., ἵνα μὴ τὰς ὑποσχέσεις ἀπαιτοῖεν — X. 58: ἵνα . . ἐν αὐτοῖς μένοιεν, ἐδόκει — I. 40: διδάξειεν αὐτοὺς . ., ἵνα . . κεχαρισμένα θύοιεν — I. 52: χρησάμενος, ἵνα . . ἀναπαύσεις γίνοιντο — VII. 72: ἡγοῦντο δὲ τῆς πομπῆς, ἵνα φανερὰ γίνοιτο — IV. 38: διαλλαγὰς πρῶτον εὑρόμενον . ., ἵνα πιστεύσας . . ἧττον αὐτὸν φυλάττοιτο.

ββ) aoristi

I. 82: ἵνα πιστεύσειαν τεκμηρίων δεομένοις — IV. 55: ἵνα δὴ μᾶλλον . . πιστεύσειαν . ., κομίζειν — VI. 2: ἀπομερίζοντες, ἵνα

μή τι νεωτερίσειαν — VI. 27: βουλῆς συναχθείσης, ἵνα περὶ . . βουλεύσειεν — VII. 72: κόσμον αὐτοῦ ἀφηγούμενος, ἵνα δῆλον ἡμῖν ποιήσειεν — VIII. 12: ἐνέβαλεν, ἵνα περισπάσειε . . ἐπικουρίαν VIII. 36: πλασάμενος τὸν λόγον, ἵνα μὴ δόξειε χαριζόμενος τοῖς ἐχθροῖς — X. 34: οὐδὲν ἐξήνεγκεν ἡ βουλὴ τέλος, ἵνα μήτε μειώσειε — XIX. 8: ἵνα τύχοι προσοχῆς καὶ διδάξειεν αὐτούς, . . παρῆν — I. 83: δεήσεσθαι . . ἔμελλον, ἵνα με πρὸς αὐτὸν ἀγάγοι — IV. 57: φυλακὴν ἐπιτρέψας . ., ἵνα μὴ διαφύγοιεν — IV. 77: ἀποκτείνας . ., ἵνα τὴν οὐσίαν αὐτοῦ κατάσχοι — V. 42: παραγγείλας . ., ἵνα μὴ γνοῖεν . . πολέμιοι — V. 44: φυλακὰς ἐποιοῦντο . ., ἵνα μὴ λάθοιεν — VI. 29: ἀνακαλῶν τὸν στρατόν, ἵνα μηδένα χρόνον οἱ πολέμιοι διαναπαύσαιντο — VIII. 4: ἠξίου συνιέναι . ., ἵνα κοινῇ χρήσαιντο — VIII. 6: κατέφυγον . ., ἵνα κοινῇ μεθ' ὑμῶν τιμωρησαίμην — XI. 58: διδάσκων . ., οὐχ ἵνα κατὰ τοῦ δήμου διαπράξαιντο, ἀλλ' ἵνα μετὰ . . βουλεύσαιντο — I. 76: οὐκ ἐποιεῖτο, ἵνα μὴ τῷ δήμῳ ἀπέχθοιτο — V. 22: καθίσταντο . ., ἵνα μὴ μεταβάλοιντο — IX. 67: ἵνα δὲ τὴν . . ἐπικουρίαν . . ἀφέλοιντο, ἐνέβαλον — I. 84: ποιῆσαι δὲ ταῦτα . ., ἵν' ἀρχὴ γένοιτο — III. 26: ἐχώρει, ἵνα δὴ . . γένοιτο πᾶσιν φανερός — V. 5: κατέχειν συνεβούλευσε . ., ἵνα μὴ γένοιτ' αὐτοῖς ἀφορμὴ — VII. 8: ἵνα μὴ γένοιτο πόλεμος . ., μίαν ἔφη εὑρίσκειν — VII. 16: ἵνα μὴ τοῦτο γένοιτο, . . ἠξίου — VII. 59: παράταξις ἐγίνετο . ., ἵνα μὴ γένοιτο — VIII. 3: ἐπιμεληθῆναι . ., ἵνα . . μετ' ἀσφαλείας γένοιτο — IX. 8: ἵνα δὴ ταῦτα γένοιτο . ., ἐφῆκαν — X. 2: ἵνα δὲ μὴ τοῦτο γένοιτο μηδὲ . . ἀναγκασθεῖεν . ., ἐπιμηχανώμενοι διετέλουν — XX. 9: ἀνόητον ἐποίησε . ., ἵνα παράδειγμα . . γένοιτο — VIII. 21: φυλάττων, ἵνα μήτ' ἀγορὰ . . προσγένοιτο — IV. 82: ποιησαμένη . . ἀράς, ἵνα τιμωροὶ . . γένοιντο — VII. 20: συνεβούλευον . ., ἵνα σωφρονέστεροι . . γένοιντο — VIII. 12: παρηγγέλλετο . ., ἵνα δι' ὑποψίας ἔτι μᾶλλον οἱ πατρίκιοι γένωνται[1]) τοῖς δημοτικοῖς καὶ μὴ ἐξαιρεθείη τὸ στασιάζον IV. 29: κελεύσασα τοὺς ἔνδον, ἵνα μόνη διαλεχθείη — V. 70: ἵνα δὲ μηθὲν ἐναντιωθεῖεν . . ἔκρινεν — XI. 26: στὰς ἐπὶ τὸν ὄχθον, ἵνα μὴ κυκλωθείη — XI. 27: ψηφίζονται . ., ἵνα . . ἐπὶ τὴν παρεμβολὴν παρακομισθείη — XI. 34: παρεῖχον τὸν λόγον . ., ἵν' ἐκτραφεῖσαν τὴν κόρην . . ἀφαιρεθείη.

---

[1]) De lectione Iacobyi *γένοιντο* infra dicam.

β) in rhetoricis

aoristi

de Dem. XXXIII. 203, 19: δόξης ἔτυχον, ἵνα δείξαιμι
ad Amm. I. I. 258, 1: εἴρηται, ἵνα ἢ τὴν δόξαν . . ἀφείην . . ἢ μεταβαλεῖν πείσαιμι
de Lys. XXIX. 46, 8: καταγωγὴ ἐγένετο, ἵνα θαυμασθείη μᾶλλον
de Lys. XXXII. 49, 10: ἵνα δὴ μὴ τοῦτο γένοιτο, γράφει
de Thuc. XLI. 394, 17: ἵνα μὴ πλείων ὁ λόγος γένοιτό μοι, παραλήψομαι
de Thuc. LV. 417, 12: ἵνα μὴ μακρότερος . . ὁ λόγος γένοιτό μοι, τούτοις ἀρκεσθεὶς
de comp. verb. VI. 30, 11: μετασκευάζει τὰς λέξεις, ἵν' αὐτῷ γένοιντο . . ἐπιτηδειότεραι,

post ὡς 10ᵉˢ:

in Antiquitatibus

α) praesentis

I. 18: φυλακὴν καταστήσαντες, ὡς ἔχοιεν . . καταφυγήν — I. 85: ἀπαναλῶσαι . . τὸ διάφορον, ὡς μὴ δι' ὑποψίας ἔχοι — V. 40: προσέθηκεν . ., ὡς ἔχοι διανεῖμαι κλήρους — VIII. 19: τοῦτ' ἐσπούδαζεν, ὡς μηδὲν πάθοιεν . ., ἀλλὰ καὶ γῆν . . ἀπολαμβάνοιεν καὶ βοσκήματα . . κομίζοιντο.

β) aoristi

I. 84: δοθῆναι . ., ὡς . . παιδείαν ἐκμάθοιεν — I. 46: ἔταξεν, ὡς . . φυγὴ αὐτοῖς γένοιτο — X. 24: ἔταξεν, ὡς μήτε βοήθεια παραγένοιτο — IX. 51: ἀντιλέξαντες . ., ὡς μὴ φιλονεικίας δόξαν ἀπενέγκαιντο — VI. 29: ταῦτ' ἐφιεὶς . ., ὡς ἕκαστος ὠφεληθείη — XI. 33: φυλακὴν περιστησάμενος, ὡς μηδὲν . . βιασθείη,

post ὅπως semel:

in rhetoricis

de comp. verb. XXII. 97, 14: ὅπως αἱ βάσεις αὐτῶν γένοιντο θεατρικαὶ . . σπουδὴν ἔχουσα,

post μὴ ter:

in Antiquitatibus

VIII. 82: ἔδοξε . . διὰ φυλακῆς αὐτὸν ἔχειν, μή τι παρακινήσειε — IX. 58: ἐφρούρει, μὴ λάθοιεν ἀπιόντες — VIII. 66: περιστεφανώσαντες, μή τις ἔφοδος . . γένοιτο,

post ὡς ἂν quater:

in Antiquitatibus

VI. 25: ὡς ἂν μάλιστα κόσμον . . λάβοι, . . ἐσθῆσιν ἀμφιέσασα — III. 8: ἐπέθεντο ἡμῖν . . ἀλλ' ὑπὸ σκότους, ὡς ἂν ἥκιστα ὑπίδοιτό τις αὐτῶν τὴν ἐπιβουλὴν καὶ φυλάξαιτο — III. 6: κατ' ὀλίγους ἰόντας, ὡς ἂν ἥκιστα γένοιντο . . καταφανεῖς — II. 58: προσθησόμενοι, ὡς ἂν μάλιστα ἐξαιρεθείη τὸ στασιάζον.

Primum qualis modorum usus in enuntiato finali[1]) fuerit apud Dionysium spectemus. Attici scriptores post tempora praeterita optativum maluerunt quam coniunctivum. A Platonis et Xenophontis aetate optativus coniunctivo cedere coepit. Quam legem maxime apud scriptores linguae hellenisticae exeuntis valuisse Polybius et Diodorus testes sunt. Apud quos ratio inter optativos obliquos in enuntiato finali et eos locos, quibus coniunctivum servaverunt, haec est:

apud Polybium 1 : 39
= Diodorum 1 : 22,4, tamen
= Dionysium 1 : 1,8, nam,

optativus obl. exstat
in A. 76es
= rh. 8es
84es,

coniunctivus est servatus
in A. 136es
= rh. 16es
152es.

Dionysius igitur multo magis quam illi scriptores veterum usu sibi proposito optativi auctoritatem auxit.

Iam eos locos afferam, quibus coniunctivus et optativus in uno enuntiato finali iuxta sunt positi:

VIII. 12: τοῦτο γὰρ ὑπὸ τοῦ Μαρκίου παρηγγέλλετο τοῖς Οὐολούσκοις, ἵνα δι' ὑποψίας ἔτι μᾶλλον οἱ πατρίκιοι γένωνται τοῖς δημοτικοῖς καὶ μὴ ἐξαιρεθείη τὸ στασιάζον, ubi nihil habemus, cur contra omnes codices aut cum Iacobyo γένωνται in γένοιντο aut cum Kiesslingio ἐξαιρεθείη in ἐξαιρεθῇ mutemus[2]).

---

[1]) Cf. H. Diehl, De enuntiatis finalibus apud Graecorum rerum scriptores posterioris aetatis. Diss. Monac. 1895.

[2]) Locum simillimum comparat Foerster Libanii t. III. 407, 2 R *οὐχ ἵν' ἡμῖν ἀργύριον γένηται* (*γένοιτο* perperam Reiske) *καὶ πλουτήσειεν ἡ πόλις, ἀλλ' ὅπως ἀκούσαιμεν — καὶ γένηται.*

Altero loco de comp. verb. XXII. 97, 14: οὔτε προσθήκαις τισὶν ὀνομάτων, ἵνα ὁ κύκλος ἐκπληρωθῇ, μηδὲν ὠφελούσαις τὸν νοῦν χρωμένη οὔτε ὅπως αἱ βάσεις αὐτῶν γένοιντο θεατρικαί τινες . ., σπουδὴν ἔχουσα οὐδ' ἵνα τῷ πνεύματι τοῦ λέγοντος ὦσιν αὐτάρκεις συμμετρουμένη μάλα, . . est positum primum ἵνα cum coniunctivo, deinde ὅπως cum optativo, tum rursus ἵνα cum coniunctivo.

Optativum in enuntiato finali a veteribus scriptoribus nisi post tempora secundaria omnino non usurpari notum est. Quam legem veterum Dionysius in universum quidem secutus est, sed paucis locis optativum post tempora primaria exhibuit: II. 58, III. 9, V. 9, XI. 27, XIII. 8, de Lys. XXXII. 49, 10, de Thuc. XLI. 394, 17, de comp. verb. VI. 30, 11.

Qualis fuerit particularum, quae enuntiatum finale introducunt, usus apud Dionysium hae tabulae docebunt:

Optativus obliquus exstat

post ἵνα	in A. 59^{es}	in rh. 7^{es}	=	66^{es}
„ ὡς	„ „ 10	„ „ —	=	10
„ ὅπως	„ „ —	„ „ 1	=	1
„ μή	„ „ 3	„ „ —	=	3
„ ὡς ἄν	„ „ 4	„ „ —	=	4
	76	8	=	84

Coniunctivus est servatus

post ἵνα	in A. 108^{es}	in rh. 15^{es}	=	123^{es}
„ ὡς	„ „ 4	„ „ —	=	4
„ ὅπως	„ „ 5	„ „ —	=	5
„ μή	„ „ 19	„ „ 1	=	20
	136	16	=	152.

Complectamur:

ἵνα	c. opt. 66^{es}	c. coni. 123^{es}	=	189^{es}	(1 : 1,86)
μή	„ 3	„ 20	=	23	(1 : 6,7)
ὡς	„ 10	„ 4	=	14	(1 : 0,4)
ὅπως	„ 1	„ 5	=	6	(1 : 5)
ὡς ἄν	„ 4	„ —	=	4	
	84	152	=	236	(1 : 1,8).

Videmus igitur Dionysium singulas particulus in enuntiato finali nequaquam numero pariter usurpavisse. Ἵνα frequentia longe superat omnes alias particulas, sed regit coniunctivum

dimidia fere parte saepius quam optativum. Post ὡς particulam optativum saepissime legimus. Particularum ὡς ἄν, quas post Atticorum scriptorum aetatem ex enuntiato finali paulatim evanuisse videmus, apud Polybium et Diodorum nullum exemplum reperitur, sed a Dionysio rursus eas in sententiam finalem receptas esse exempla, quae supra exscripsi, docent. Exstat enim:

ὡς ἂν quater: II. 58; III. 6; III. 8; V. 25.

e) Post verba timendi

habes optativum obliquum quater

in Antiquitatibus

V. 13: κατὰ δέος . . μὴ δίκην ἀναγκασθεῖεν ὑπέχειν — V. 44: ἦν δέος . ., μὴ . . ἔλθοιεν οἱ πολέμιοι — I. 56: δεδοικώς, μὴ ὑπὸ θορύβου . . ἀποτραπείη — XI. 40: οὐδὲ δέδοικε μὴ καὶ ἐπ' αὐτὸν ἔλθοι.

Addamus haec duo enuntiata: VIII. 56: πολλή . . ἐνέπιπτεν ἀπιστία, μή ποτ' οὐ τὸ ξόανον εἴη τὸ φθεγξάμενον — IX. 71: συγχωρησάντων . . δι' εὐλαβείας, μή τινα παράσχοιεν . . ὑποψίαν.

Si eos locos numeramus, quibus Dionysius pro optativo coniunctivum adhibuit, habemus hanc rationem:

opt. obl.: coni. (52)	= 1 : 8,7
apud Polybium	= 1 : 11
„ Diodorum	= 1 : 78.

Dionysium, etiamsi ea ratione usum eorum, quos imitabatur, secutus magis quam illi optativi vim restituit, tamen etiam a sermone veterum scriptorum abesse omnes concedent.

f) In enuntiato relativo

apparet optativus obliquus pro coniunctivo cum ἄν coniuncto

α) in Antiquitatibus 23[es]:

αα) praesentis

IV. 78: διεξῆλθον . . παρανομίας, ἐφ' αἷς . . εἴη δίκαιος — III. 3: ἡ δ'ἐγκαλοῦσα ὅ τι δήποτε ἀδίκημα δίκας αἰτοίη — V. 41: ἅ τε δέοι πράττειν ἑκάστοις ὑποθέμενος. — VI. 88: ὅσων μέλλοι σπέρμα κακῶν βαλεῖν, τῇ πολιτείᾳ προλέγων — XIII. 5: δακρύοντος οἵου στέρεσθαι μέλλοιεν ἀνδρὸς — V. 73: διὰ τὴν ἐξουσίαν τοῦ κελεύειν ὅ τι θέλοι — VI. 25: προῄεσαν ἐπιτρέποντες . . χρῆσθαι σφίσιν . . ὅ τι βούλοιτο — VI. 94: ἐπ' ἐκείνῳ ποιήσας,

οὓς βούλοιτο λαβεῖν — VIII. 57: κύριος . . καὶ τοῦ καλεῖν, ὃν βούλοιτο, ἐπὶ δίκην — III. 14: ὅσα ἐν τοῖς ἄριστα μαχησομένοις βουλοίμεθα[1]) εἶναι, κἂν τούτοις ἔνεστι τοῖς ἀνδράσι — VI. 26: κελεύσας . . ὅποι βούλοιντο ἀδέως ἀπιέναι — X. 41: καὶ παρεῖχον ὅποι βούλοιντο χωρεῖν — I. 46: εἰς νοῦν βάλλεται . . καὶ χρήματα ὁπόσα φέρειν δύναιτο διασώσασθαι — VIII. 13: ἐμοὶ δοκεῖ . . κράτιστον εἶναι . . πᾶν ἄλλο κακὸν ὅ τι δύναιτο ποιεῖν — VIII. 36: ἐπιτρέπειν ὅτου δέοιντο τῶν μετρίων.

ββ) aoristi

V. 13: συγχωρήσαντες ὅσον λάβοι τις ἐξ αὐτῶν — II. 15: γῆς μοῖραν, ἣν κτήσαιτο πολεμίους ἀφελόμενος — II. 72: εἰς μὲν ἐκ τῶν εἰρηνοδικῶν, ὃν οἱ λοιποὶ προχειρίσαιντο . . παρεγίνετο — IV. 40: ἐξουσίαν ὁ δῆμος ἐδίδου . ., οἵαν προέλοιτο καταστήσασθαι — X. 32: κατῳκοδόμουν ὅσον ἕκαστοι δυνηθεῖεν — VI. 49: οὔτε τῷ δήμῳ ὅσα βουληθείη πράττειν ἐπιτρέπων — XI. 28: τῶν δυναμένων τις εὖ ποιεῖν οὓς βουληθείη καὶ κακῶς — XX. 1: αὗται κεραίας εἶχον . . ὅπη βουληθείη τις . . περιάγεσθαι — I. 86: οὐκ ἐπιτρέψουσα ὅ τι μὴ φανείη λέξειν.

β) in rhetoricis 3[es]:

αα) praesentis

de Dem. IV. 135, 13: εἰς μὲν τὸ διδάξαι τὸν ἀκροατὴν σαφέστατα, ὅ τι βούλοιτο, . . ἐπιτηδεύει.

ββ) aoristi

de Lys. XVII. 27, 21: εἰπεῖν . ., ἀλλ' ὃ τοῦ προτεθέντος λόγου μηδαμοῦ μᾶλλον ἢ ἐπὶ πρώτου ὠφελήσειε

de Isocr. I. 55, 3: ἐπὶ τὸ γράφειν ἃ διανοηθείη κατέφυγεν.

Quantum Dionysius in optativi obliqui usu in enuntiato relativo sermone vulgari ductus sit, facillime cognoscitur, si eos locos ex adverso ponimus, quibus scriptor optativum adhibere potuit, sed coniunctivum cum ἄν coniunctum praetulit. Habemus hanc rationem:

optativ. obl. (26): coni. c. ἄν (210) = 1 : 8
apud Diodorum = 1 : 4,5.

---

[1]) *ἂν* particula post *βουλοίμεθα* addita Meinekius mea quidem sententia iniuria structurae potentialem vim dedit. Omnes codices habent *βουλοίμεθα εἶναι.*

Optativorum obliquorum, qui apud Dionysium in enuntiato relativo exstant, non plus quam tres in rhetoricis inveniri non est mirum spectanti optativum obliquum in omni enuntiatorum genere Dionysii rhetoricorum rarissime aut omnino non esse usurpatum.

Optativi obliqui qualis usus fuerit in universum apud Dionysium, si quaerimus, hoc statuendum est. In singulis enuntiatis ita est adhibitus, ut facile intellegamus cum in aliis coniunctivum aut indicativum optativo cedere coepisse, tum in aliis coniunctivum aut indicativum auctoritatem, quam apud scriptores linguae hellenisticae acceperant, obtinuisse.

§ 3. De optativo iterativo.

a) In enuntiato temporali

exstat ad rem tempore praeterito iteratam significandam optativus iterativus:

post ὅτε:

α) in Antiquitatibus

αα) praesentis

II. 12: ᾤετο δεῖν . ., ὅτε αὐτὸς ἐξάγοι — II. 72: γινόμενα, ὅτε . . αἰτοῖεν δίκας — V. 17: ἔθος ἦν, ὅτε . . θυσίας ἐπιτελοῖεν — VII. 59: ὅτε μέλλοι ψῆφον ἐπιφέρειν . . ἐκάλουν — VIII. 58: εἰς ἣν (scil. ἀγορὰν) ἔθος ἦν αὐτοῖς, ὅτε[1]) περὶ τῶν μεγίστων βουλεύεσθαι μέλλοιεν, . . προβούλους ἀποστέλλειν — XV. 10: ἔθος ἐστὶ ποιεῖν, ὅτε μέλλοιεν ἄρχειν πολέμου — IV. 71: ἐκκλησίαν, ὅτε βουλοίμην, συγκαλεῖν — XX. 4: ὅτε κατάγοιτο . ., ἐμακάριζε . . Ῥηγίνους.

ββ) aoristi

II. 28: ὅτε δὲ πόλεμος καταλάβοι στρατεύεσθαι διδάσκων — V. 42: καὶ τοὺς . . ὅτε γένοιντο ἐν χερσίν, ἐφόνευον — XX. 1: ὅτε πλησίον γένοιντο τῶν θηρίων, πλήσαντες πυρός — V. 54: ἐφίσταντο γὰρ αὐτοῖς, ὅτε κοιμηθεῖεν — VI. 70: ὅτε βουληθεῖεν ἐπισκώπτειν . . ἐπεκάλουν.

β) in rhetoricis

αα) praesentis

de Dem. LI. 240, 6: ὥσθ' ὅτε γράφοι . ., στρέφειν
de comp. verb. XXV. 132, 1: ὥσθ' ὅτε γράφοι, . . ἐπειρᾶτο.

---

[1]) ὅτι codicum et editionum, quod sensum non praebet, in ὅτε particulam iterativam mutavi.

ββ) aoristi

de comp. verb. XI. 39, 16: δυσαρεστουμένους, ὅτε τις . . ἐν ἀσυμμέτροις ποιήσαιτο χρόνοις καὶ τοὺς ῥυθμοὺς ἀφανίσειεν.

post ὁπότε:

α) in Antiquitatibus

αα) praesentis

I. 21: ὁπότε . . στρατὸν ὑπερόριον ἀποστέλλοιεν . . ἱεροί τινες . . ἰόντες — III. 19: ὁπότε τὰ προπολέμια θύοιμεν, ἐκωλυόμεθα — V. 34: οὐκ ὄντος . . ἔθους, ὁπότε ἀναστρατοπεδεύοιεν — VIII. 90: ὁπότε μὲν γὰρ οἱ ὕπατοι καλοῖεν τὸ πλῆθος, . . οἱ δήμαρχοι διέλυον, ὁπότε δ'αὖ πάλιν ἐκεῖνοι καλοῖεν, οὐκ ἐπέτρεπον οἱ ὕπατοι — XV. 1: ὁπότε μέλλοι πληγὴν ἐκφέρειν, . . ἤμυττε — VI. 25: ὁπότε βούλοιντο, τοῦ πολέμου ἄρχειν — VIII. 3: ὁπότε διὰ τῶν στενωπῶν πορεύοιντο . . ἀθρόοι ἐξῄεσαν — VII. 45: ὁπότε . . κελευσθέντες αὐτὸν ἄγειν ἐπιβάλλοιντο, πληγὰς ἐντρίβεται — XX. 2: ὁπότε διώκοιντο . . ἐπεζομάχουν — III. 5: ὁρῶν . . οὔτε τὰ σφάγια, ὁπότε θύοιτο . . καλά — IV. 64: παλαίτερον μὲν ἔτι εἰργόμενος, ὁπότε κατάγοιτο.

ββ) aoristi

